



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum II. Cùm quis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

## Animarum.

## PARAPHRASIS.

Bonifacius VIII. severe prohibet Religiosis, & Clericis secularibus, ne aliquens ad vouendum, jurandum, aut promittendum inducant, ut apud ipsorum Ecclesiam eligat sepulturam, vel iam electam ulterius non immutet; quod si secus actum fuerit, electio sepulturæ irrita erit, & quæ occasione sepulturæ provenerunt, restitui debent Ecclesie, in qua de jure corpus sepeliri deberet, si sepultura electa non esset: quod si restitutionem non faciant, Ecclesie ipsorum, in quibus corpora ita sepulta fuerunt, ipso facta sint, & maneat supposita interdicto, donec plena, & sepulcorum corporum, & oblationum, fiat restitutio. Videri possunt, quæ dixi in c. cum liberum 6. hoc tit. & Suarez de censuris disp. 37. s. 1. ubi hoc jure latum interdictum explicat.

## CAPITULUM II.

## Cum quis.

## PARAPHRASIS.

Si is, cujus Majores soliti sunt in aliqua Ecclesia v. g. Regularium sepeliri, eam dimissa, in alia Ecclesia extra suam parochiam Sepulturam sibi elegerit, portio Canonica non Ecclesie, in qua sepultura Majorum est, sed illi Ecclesie, in qua officia divina defunctus audivit, & Ecclesiastica Sacramenta percepit, provenire debet.

## SUMMARIUM.

1. Portio Canonica debetur Ecclesie parochiali, quando extra parochiam, in alia Ecclesia, defunctus sepelitur.
2. Quid faciendum, si quis duo domicilia habeat?

X x 2

3. Sepul-

nis, præsertim eo tempore, quo periculum in mora est, sufficit cautio de satisfaciendo. Qua de re dixi lib. 1. tra. 5. p. 2. c. ult. n. 8. Videri etiam debet lib. 5. tra. 6. c. 12.

Notandum secundum, Obligatio satisfaciendi læsis transit ad hæredes, secundum quantitatem bonorum ad ipsos peruenientium. Verùm distinguendum est, utrum agatur duntaxat de injuria illata sine damno, pecuniâ æstimabili; an verò agatur de satisfactione propter illatum damnum, v. g. in homicidio, furto &c. Prior illa obligatio ordinariè non transit ad hæredem. *S. non autem Inst. de perpetuis, & temporalibus actionibus*, nisi his cum defuncto contestata fuerit. *L. unica C. de delictis defunctorum*, quia per litis contestationem, veluti contrahunt partes inter se; at verò, si ex contractu orta sit obligatio, eam ad hæredes transire certum est. Posterior autem obligatio, quæ oritur ex damno voluntariè dato per maleficium, aut quasi maleficium, ad hæredes transit, saltem secundum Canonicum, & conscientie forum, ut colligitur ex hoc c. & c. 1. de raptores c. 2. de usuris in 6. & explicavi lib. 3. tra. 2. c. 6. n. 3. & 4.

Adde, si damnum non sit illatum, sed sola injuria, tunc actionem quidem non competere adversus hæredem, cum actio criminalis personalis sit, hæredi, & adversus hæredem non competens, ut docui lib. 3. tra. 6. c. 1. n. 5. tamen injuriam passus judicis officium implorare potest, ut hæres, ad quem bona injuriam inferentis pervenit (si is de satisfaciendo ante absolutionem, juratoriam v. g. cautionem fecit) compellatur, ad exonerandam animam defuncti, pro ipso satisfacere, sicuti hic Innoc. docet.



3. *Sepultura in loco quidem sacro, sed minus celebri, rationabiliter electa censetur.*

**N**otandum primum. Quotiescunque aliquis extra parochiam suam sepelitur in alia Ecclesia, portio Canonica dari debet Ecclesie parochiali; quod ad eodem verum esse tradit *Monachus hic & Francus n. 1.* ut si aliquis nullam sepulturam electam in sepulchro Majorum extra parochiam sepultus sit, parochiali Ecclesie portio debeatur, similiterque si in Ecclesia Cathedrali sepultus fuerit, teste *Abb. in c. cum super. n. 9. extra, hoc tit.* Ratio est, quae traditur in *c. 1. extra hoc tit. & Clement. 2. §. verum de sepulturis*, quod Clericis parochiae hac veluti merces debeatur à parochiano, post mortem ipsius: spectanda est tamen cuiusque diocesis consuetudo, quandoquidem portio canonica ex consuetudine regulatur.

2. Notandum secundum. Si quis duo habens domicilia, in quibus quasi aequaliter degere solitus est, moriatur, sepultura sibi electa in loco tertio, tunc parochiae domiciliorum inter se dividunt portionem canonicam.

3. Notandum tertium. Qui in duobus diversis locis domicilia habet, quasi aequaliter per diversa anni tempora commorari solitus, duas parochias habere censetur, ut proinde, in qua malit, Sacramenta percipere possit. Ita sumitur ex *hoc c. & L. cum qui 27. §. Celsus ff. ad municipalem & docui lib. 5. tra. 6. c. 10. n. 6.*

§.

### Si quis.

Si aliquis postposita sua antiqua sepultura in alio sacro loco, quamvis minus religioso elegerit sepulturam, talis electio (quamvis de hoc iura videantur esse diversa) impugnari non debet.

**P**er locum minus religiosum intelligitur, qui sacer sit, & jus sepeliendi habeat, li-

cet minus frequenter in eo divina officia & publicae orationes peragantur. Receptioni hujus Capituli adversari videbatur *3. hoc tit.* sed quia iura cum iuribus conciliari debent, ideo explicata, ut ibi dicitur, electio sepulturae in loco minus religioso irrationabiliter facta sit, non esse attendendam electionem, sed pro irrita habendam.

## CAPITULUM III.

### Is qui.

#### PARAPHRASIS.

Si aliquis in civitate vel castro habens domicilium quandoque ad villam transierat recreationis causa, vel ut militia exerceat, accidat autem, ut non electam sepulturam moriatur, non in Ecclesia illa, sed in parochia, sive potius, in Ecclesia, ubi Majorum sepulchrum esse sepeliri debet, si absque periculo eo possit deportari.

#### SUMMARIUM.

1. *Habitatio sola sacri non facit aliquem incolam, sic nec parochianum.*
2. *Quamvis ob necessitatem, aut quod quasi domicilium habeat, non minus quam in loco, ubi moratur, sepeliri possit, si moriatur, sepeliri possit.*
3. *Ubi sepelenda sit mulier postquam viros, quos maritos habuit, mortuos, si nullam elegerit sepulturam?*

**N**otandum primum. Habitatio non facit aliquem incolam, eaque ratio parochianum, nisi adsit animus manendi. Ita hic & in *L. domicilium 20. ff. ad municipalem. Docui lib. 5. tra. 6. c. 10. n. 6.*

Corollarium. Si quis propter pestem, è civitate sua se transferat ad pagum, nimo redeundi, postquam pestis cessavit, accidat verò, ut in pago moriatur, sepeliatur, portio Canonica debetur Ecclesie parochiali civitatis. Ita *Abb. in c. in villa extra hoc tit.*

Notar-